



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Votum VI. quoad irritationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

V O T V M VI. 805

Votum simplex est quodcumque aliud siue occultum siue publicum fuerit. num. 32. §. 13.

Vota facta in saeculo, ipso facto commutantur voto solemni religionis. num. 65.

Votum solemne religionis amissum ab impubere, etiam consentiente patre non valet. num. 68.

V O T V M VI.

Quo ad irritationem.

IRRITATIO votorum non requirit causam. cap. 12. num. 63.

† Votum de non petendo vel non reddendo debitum emissum ab uno coniuge, sine consensu alterius, potest ab altero irritari. num. 60.

Maritus potest irritare vota facta ab uxore antequam nuberet si praejudicent marito. num. 65.

Vota possunt irritare, pater, & eo mortuo, mater, maritus, uxor, Dominus, prælaus, tutor: diuersimode tamen: nam pater, mater, vel tutor possunt irritare in uniuersum omnia vota tam, realia quam personalia, emissâ à non habente ætatem requisitam ad contrahendum matrimonium. Si-

EEe 3 militer



militer prælati possunt in vniuersum irritare omnia vota religiosorum: at vero pater, mater, vel tutor non possunt omnia vota emissa ab habente æstatem requisitam ad matrimonia irritare, si sint personalia, & illorum iuri non præjudicent, ut votum religionis, & castitatis, & hoc siue sint pure personalia, siue principaliter personalia, & accessoriæ realia: possent tamen irritare, si essent realia, & personalia, quæ illis prædicarent. nu. 64. &c 70.

Papa potest irritare vota religiosorum. num. 76.

Prælatus non potest sine rationabili causa, irritare votū subditi, ad quod ipse cōsentit, vel factum approbavit. irritatio tamen est valida. nu. 73.

Prælatus potest irritare votum subditi de non peccando tale vel tale peccatum, siue mortale siue veniale. numero 65. Non tamen potest irritare vota nouitiorum. ibidem.

Vt autem prælatus irritet votum religiosorum, requiritur quod fiat certior de voto. Ibidem.

Votum irritatum non obligat, quamvis qui irritauit iterum de novo consentiat. ibidem.

Vota irritata a marito, uxore, Domino,

no , parente tutore , curatore , non obligant , licet vouentes liberentur à subiectione irritantium , nisi quando expressè voverint se facturos , postquam essent liberi , num. 96.

Vota personalia emissa ab habente ætatem ad contrahendum matrimonium , non possunt irritari à parentibus , vt votum religionis vel continentiae . num. 70. & vota realia possunt irritari vsque ad vigesimum quintum annum , si siant ab habente ætatem ad contrahendum , dummodo principaliter pertineant ad rem familiarem : non enim possunt irritari quando accessoriè illam tangunt , & adiunguntur personalibus , quæ non possunt irritari , vt patet in voto professionis , quod transfert in monasterium bona profitentis . num. 70.

Pater vel tutor potest irritare votum professionis emissum ab eo , qui non habebat ætatem ad contrahendum : quæ irritatio fieri debet , antequam vicens perueriat ad prædictam ætatem . Hæc autem limitatio non requiritur in irritatione voti simplicis dummodo non fuerit ratificatum . num. 71.

Aduertendū tamen illud quod dicitur de voto solēni professione , nō habere locū post Tridentinum . scilicet 25. de regul. cap. 25. Quo-

EEC 4 niam

808 V O T V M VII.

niam huiusmodi votum est nullum. Irritatio autem supponit vinculum.

Vt votum censeatur ratificari, non satis est credere quod valet, nec velle adimplere: sed requiritur expressè velle, quod in posterum valeat, quamvis antea non valuerit. num. 71.

Pater non potest irritare vota filij facta cum consensu patris. cap. 14. num. 17.

V O T V M VII.

Quoad commutationem.

C O M M U T A T I O quando fit ex rationabili causa, debet fieri in bonum aequale: quando vero sine illa, in melius. cap. 12. num. 63.

Causa sufficiens ad commutandum votum Castitatis, est fragilitas adimplendi. num. 78.

Commutans votum debet perpendere qualitatem vountis, & expensas, quas facturus esset in adimplendo votum. numero 77.

Votum iejunandi emissum à paupere, potest commutari in minus, quam votum dicitur. ibidem.

Votum

